

Formalis presentis Fidei necessarii pro eodem Sacramento dicens. Non aliter Sacra Scriptura requirit Fidem, vel Charitatem vel alios similes Actus, quam Penitentiam (id est dolorem de peccatis): Ergo sicut alii sunt Formaliter necessarii, ita & Penitentia.

VI. P. Illius de Sacramen. in genere n. 49. dicens. Dispensatio ad suscipienda Sacramenta mortuorum cum effectu Gratiae ad ipsi causandae in adultis necessaria sunt Actus Fidei, Spei, Propositi &c. Ita communis & certa Theologorum Sententia: probatur ex Tridentino sess. 6. cap. 6. ubi enumeratos Actus pro dispositione ad Baptismum expresse requirit, & sess. 14. cap. 4. ubi eisdem Actus exigit ad Sacramentum Penitentiae, utrobique allegans testimonium Scripturarum. Et P. Castropala par. 2. tract. 2. dist. 1. par. 2. n. 12. inquit. Esse autem obligationem iudicandam eliciendi Actum Fidei constat apud omnes. Cum obligaris conteri de peccatis &c. Et ideo Tridentinum sess. 6. cap. 6. Actum Fidei inter dispositiones ad gratiam enumeravit. 2. Quare obligatus ex Spei, & Charitatis Actus exercere. Et tandem ut alios orituram, Ven. Card. Bellarminus Controv. Iustific. cap. 2. scribens. Dicuntur autem dispositiones ad Iustificationem huiusmodi Actus Gratiae, & Liberi arbitrii, quibus donum ipsum Iustificationis acquiritur, quales sunt ex Sententia Concilii Tridentini sess. 6. c. 6. Actus Fidei, Timoris, Spei, Dilectionis, Penitentiae.

VII. Sicut liberentur (inquit plures Adversarii) concedimus quovis Fidelem teneri pluries in anno secundum diversas DD. Sententias eliciere Actus Formales Explicitos Fidei per se, ita agree admittimus Penitentem obligari ad eliciendum eiusmodi Actus Formales Explicitos Fidei per accidens. Cum nolumus iam dicere debent solis parum adente Theologorum Libros legentibus) obligationem in hoc dicens. Respondemus Penitentem teneri ad eliciendum per accidens hunc Actum eo illo gravissimo precepto, quo iste tenetur ponere omnia requisita necessitate Medii necessaria ad obtinendam suam aeternam Salutem; & illo alio similiter divino precepto, quo graviter obligatur ad non exponendum voluntario periculo nullitatem Sacramentum, quod suscipere intendit. Certe P. Lacroix lib. 3. cap. 2. quest. 23. num. 53. dicitur sic. An preceptum affirmativum credendum sit Naturale an Positivum? Resp. In quantum obligat ex Virtute Fidei &c. dicitur. Huiusmodi, & alii cum Oviedo n. 66. esse tan-

tum Positivum divinum &c. Deinde in quantum Fides praerequiratur ad Spem, Charitatem vel Convictionem, ad quam Actus saepe est obligatio ex Jure Naturae, sic per accidens, & ratione talium virtutum potest ad Fidem esse obligatio ex Jure Naturae. Et P. Antoninus Th. Mor. tract. de Virt. Th. par. 2. c. 2. quest. 2. ait. Nota ex de Lugo, Praecepta Fidei, Spei, & Charitatis sunt in alioquin sensu Supernaturalia, & in aliquo etiam sensu Naturalia. Sunt Supernaturalia cum parte Objecti, tum ex parte suorum Actuum, nam impleri nequeunt nisi per Actus Supernaturales &c. Sunt vero Naturalia ex parte obligationis, quia ex suppositione quod Deus eleverit hominem ad finem Supernaturalem consequendum per Actus Supernaturales, eo ipso abique alio novo precepto, & ex natura rei obligatur homo ad eliciendos Actus Supernaturales necessarios ad finem illum obtinendum.

VIII. Evidens quippe est, quod precepto ipso, quo Finis praecipitur, praecipitur etiam Medium ad eum consequendum simpliciter necessarium. Immo addimus adeo verum esse in nostro casu requiri per accidens eiusmodi Formalem Explicitum Fidei Actum, ut illi ipsi, qui nulli sunt negare illius obligationem per se, cum non negaverint per accidens, teste P. Vita ad I. Prop. decc. Alex. VII. num. 1. dicente. Bifariam potest quis ad hos Actus Theologos obligari. 1. per se, & ex vi precepti divini, & Naturalis de eliciendis aliquando his Actibus. 2. per accidens, & ex vi alicujus preceptorum, puta &c. Aut ex precepto Confessionis Sacramentalis, Cum ex Tridentino sess. 6. cap. 6. ad Iustificationem in Sacramento recipiendam peccatores se disponant per Actus Fidei, Spei, & cum iudicium Charitatis Initialis &c. Hanc secundam ex vi alicujus preceptorum (v. g. Confessionis) nemo unquam movit de prima dubitaverunt nonnulli.

Quod etiam innuit Turnely quest. 5. artic. 3. Concl. 2. dicens. En Amor Initialis seu Inchoatus & imperfectus, quem Synodus requirit ad Iustificationem, pendit ac Actus Fidei, & Spei, quos necessarii praerequiruntur, nemo negaverit. Neque ceteroquin minor est obligatio per accidens, quam fit obligatio per se Actus Formalis Expliciti fidei divini. Nam vel obligaris v. g. ad confitendum peccata in Paschate per se, vel intra annum alias in lethali communicaturus, per accidens ad veram Confessionem cum omnibus suis Constitutivis ponendam obligaris.

DISSERTATIO II.

Resp. ad II. quest. Utrum eiusmodi Fidei Actus &c. Probaturque a Ratione, cum ab Auferitate, quibus magnopere confirmatur etiam affirmativa responsio ad 1. quest. quam huculique stabilivimus.

P A R S P R I M A.

Resp. Negative ad II. quest. Utrum eiusmodi Fidei Actus &c. Probaturque a Ratione.

C A P U T I.

Resp. ad praedictum II. questum, Utrum eiusmodi Fidei Actus Formalis Explicitus recipiatur ex uno ad alium diem adeo certo perseveret proprie Virtualis, ut ipse Penitentem cum iterum non teneatur post eam interruptionem, qua fit per somnum? Negative. Probaturque haec nostra negativa responsio Argumento Negativo, aliisque positivis rationibus.

I. Argumentatur sic. Nullum omnino est fundamentum adferat ab eruditissimis Adversariis) fundamentum convincens, quod praedictus Fidei Actus certo, vel saltem probabiliter perseveret post somnum, sive ex uno ad alium diem, seu post eam interruptionem, qua fit per somnum, & ab Adversariis sine ullo sufficienti fundamento (nisi forte velint quod eiusmodi fundamentum fit Incuria ac Negligentia, quibusque plures Fideles praedictum Actum Fidei non iterant) venditur tanquam certum, dum, ceteroquin agitur de essentiali praerequisito ad positionem Supernaturalis Dolentis, qui fit Materia proxima Sacramenti Penitentiae. Quod unum argumentum pluraque sufficiens esse debet viro Theologo maxime post damnationem, prout patet, famose Prop. Non est illicitum in Consecrandis Sacramentis sequi opinionem probabiliter de valore Sacramenti, relicta Tutore &c. ad plene eliminandam oppositam opinionem proximi. Quod magnopere confirmatur ex demonstratione Propositionum, Sufficit illa Mysteriorum Propositionum, Sufficit Actum Fidei semel credidisse, & satis est Fidei late dicta &c. Sufficit ad Iustificationem.

II. Argument. sic. Illud, ut jam innuimus, quod respectu nostrae Potentiae Virtutis praestat Actualis lux Candelae, vel Solis in se, vel in suis crepusculis, seu impressioibus, dum agitur de externa directione, ac efficientia nostrarum Actionum exteriarum, & illud etiam, quod respectu nostrae Voluntatis in ordine Naturali praestat Actuale lumen Formalis usus rationis nostri Intellectus, dum agitur de interna directione, ac efficientia nostrorum Actuum interiorum Naturalium ejusdem voluntatis, hoc ipsum in ordine Supernaturali praestat Actuale lumen, seu Actus Supernaturalis Fidei Formalis, seu quasi Formalis respectu ipsiusmet voluntatis Supernaturaliter elevate dum agitur de Supernaturali directione, ac efficientia Actuum Supernaturalium praedictae voluntatis. Atqui lumen Actualis, seu illuminatio Candelae, vel Solis; & lumen Actualis sive illuminatio intellectualis, Actus scilicet usus rationis non ita perseverant proprio Virtualis in sua respectiva virtute, illuminatio impressioibus, vel cognoscitivis effectibus ex uno ad alium diem, ut in nobis praestare possint effectus, quos antea praestabant. Aliter intempta nocte hostes characteres legere, aliaque ejusmodi exequi possent ex vi splendentis lucis meridiana; & in somno, in ebrietate, ac demencia de hac questione v. g. alique gravibus rebus equum, ac prudens judicium ferre postquam ex vi cogitationum aute somnum, oblitati sunt, & amemiam a nobis elicitarum, Ergo similiter neque Actuale lumen vel potius Illuminatio Actus Fidei, ita perseverat certo proprie Virtualis in sua Virtute, illuminatio impressioibus, ac cognoscitivis effectibus ex uno ad alium diem, ut in nobis praestare possint effectus, quos antea praestabant.

III. Argument. sic. Praedictus Actus Formalis Fidei Supernaturalis non perseverat certo proprie Virtualis post amemiam. Ergo neque post somnum talis perseverat. Et sane quis praedictum vacuum huiusmodi animum persuadere, quod in ea generali idearum Memoria, & Voluntatis affectuum perturbatione, ac cessatione, quae in somno, alioque sopore necessario intervenit, quaeque usum ipsius rationis omnino impedit, perseveret Actus Formalis Fidei Supernaturalis certo, aut probabiliter proprie Virtualis? Aut quod oblitio, & interruptio in vigilia tollat perseverantiam, ac durationem Intentions, & Attentionis Virtualis, & e contra ejusmodi perseverantiam, ac durationem non tollat oblitio, & interruptio, quae necessario interveniunt in somno. Qui quidem somnus (ut canit, qui dixit. Statue, quid est Somnus gelidae nisi mortis imago? Et ut lenit. Tullius dicens: Nihil mori est tam simile; & ut ait Aristoteles: Est lignamentum omnium sensuum) est quoddam mortis genus. Aut demique quod iuxta Philosophos, & Theologos in ipia vigilia (cum ceteroquin homo est sui compos) detur omnino da oblitio, & interruptio, quae intervertit series humanarum Actionum, Virtualitatem Actuum efficientium; & quod e contra in somno, cum mens, & voluntas consopite fuerint, a fortiori non detur similis oblitio, & interruptio, quae easdem intervertit, atque distumpit? Certe qui haec serio dixerit, non solum somnare, ac insanire, verum etiam non parum accedere ad delirium Michaele de Molinos in Prop. 25. Etiam si superaverit Somnus, &

Virtualiter elevate dum agitur de Supernaturali directione, ac efficientia Actuum Supernaturalium praedictae voluntatis. Atqui lumen Actualis, seu illuminatio Candelae, vel Solis; & lumen Actualis sive illuminatio intellectualis, Actus scilicet usus rationis non ita perseverant proprio Virtualis in sua respectiva virtute, illuminatio impressioibus, vel cognoscitivis effectibus ex uno ad alium diem, ut in nobis praestare possint effectus, quos antea praestabant. Aliter intempta nocte hostes characteres legere, aliaque ejusmodi exequi possent ex vi splendentis lucis meridiana; & in somno, in ebrietate, ac demencia de hac questione v. g. alique gravibus rebus equum, ac prudens judicium ferre postquam ex vi cogitationum aute somnum, oblitati sunt, & amemiam a nobis elicitarum, Ergo similiter neque Actuale lumen vel potius Illuminatio Actus Fidei, ita perseverat certo proprie Virtualis in sua Virtute, illuminatio impressioibus, ac cognoscitivis effectibus ex uno ad alium diem, ut in nobis praestare possint effectus, quos antea praestabant.

III. Argument. sic. Praedictus Actus Formalis Fidei Supernaturalis non perseverat certo proprie Virtualis post amemiam. Ergo neque post somnum talis perseverat. Et sane quis praedictum vacuum huiusmodi animum persuadere, quod in ea generali idearum Memoria, & Voluntatis affectuum perturbatione, ac cessatione, quae in somno, alioque sopore necessario intervenit, quaeque usum ipsius rationis omnino impedit, perseveret Actus Formalis Fidei Supernaturalis certo, aut probabiliter proprie Virtualis? Aut quod oblitio, & interruptio in vigilia tollat perseverantiam, ac durationem Intentions, & Attentionis Virtualis, & e contra ejusmodi perseverantiam, ac durationem non tollat oblitio, & interruptio, quae necessario interveniunt in somno. Qui quidem somnus (ut canit, qui dixit. Statue, quid est Somnus gelidae nisi mortis imago? Et ut lenit. Tullius dicens: Nihil mori est tam simile; & ut ait Aristoteles: Est lignamentum omnium sensuum) est quoddam mortis genus. Aut demique quod iuxta Philosophos, & Theologos in ipia vigilia (cum ceteroquin homo est sui compos) detur omnino da oblitio, & interruptio, quae intervertit series humanarum Actionum, Virtualitatem Actuum efficientium; & quod e contra in somno, cum mens, & voluntas consopite fuerint, a fortiori non detur similis oblitio, & interruptio, quae easdem intervertit, atque distumpit? Certe qui haec serio dixerit, non solum somnare, ac insanire, verum etiam non parum accedere ad delirium Michaele de Molinos in Prop. 25. Etiam si superaverit Somnus, &



„ dormiatur, nihilominus fit Oratio, & Con- templatio Actualis “ damnatum videtur.

IV. Argument. sic 4. Nullus omnino ( aliter adsignetur ) idem numero Actus sensitivus, intellectivus, aut volitivus humanæ mentis certo, aut probabiliter post somnum, seu ex uno ad alium diem perseverat proprie Virtualis. Ergo neque Actus Fidei Supernaturalis, qui est unus ex eis, certo, vel probabiliter talis perseverat. Consequens recte deducitur; & antecedens patet evidentem tunc ex ratione, tum ex ipsa experientia. Nam eadem ipsa ratione, qua ejusmodi Actus in se ipsis physice perseverare non possunt ex uno ad alium diem, non possunt Virtualiter perseverare in sua propria Virtualitate. Cum hæc eadem Virtualitas, virtus scilicet, vel impressio, quidam Actus similiter transiens sit. Brevis: nullus Actus Formalis durat Formalis post somnum, ergo etiam nullus Actus Virtualis durat Virtualis post somnum. Et si hinc Actus cum non sit assuebilis diversæ ratio, cur potius perseverare debeant ad unum, quam ad decem millia dierum, ) perpetuo durarent in sua Virtute, ac impressionibus proprie Virtuales, sequeretur I. Quod quilibet homo vel nonagenarius ipse necessario semper adhuc Acta sentire deberet omnes sensationes, ac impressiones, quas ab ipsa infantia usque ad nonagesimum ætatis annum elucisset, vel fuerit expertus, licet inter se omnino contrarias; iniquulque affectionibus omnium saporum amarorum, & dulcium; visum ætænarum, & terrarum; dolorum, ac delectationum torqueri, & oblectari deberet. II. Quod cogitationibus veris, & falsis, immo & contradictoriis omnia 2 se antea cognita nunc Acta distincte simul cognoscere, etique adherere, sicut etiam a se antea omnia volita & nolita, bona, & mala Acta simul velle, & nolle deberet. Nec amplius necessaria esset Potentia Memorativa, Species ulla memorativa, vel Actus preteritorum recordativus, cum omnia in se ipsis semper virtualiter præsentia essent.

C A P U T II.

Probatur assertio nostra ex paritatibus Attentionis orandi, Intentionis Sacramenta conferendi, & maxime Illustrationis ad pie operandum.

I. Sic ad hominem argumentatur 1. Actus Formalis Attentionis in recitatione ver. gr.

( 1 ) De Penit. dist. 7. num. 47. dicentis Hæc voluntas Virtualis tollitur non solum per Retractionem, sed etiam per omnimodam Oblivionem, & Interruptionem; nam Sacerdos intendens baptizare puerum, & postea illius immemor tendens aquam ad eum lavandum, non eum baptizat, etiam si post lotionem immediate proferat verba, quia nimirum illa non procedit ex priori Intentione.

Horarum Canoniarum, aut Intentionis ver. g. consecrandi, aut baptizandi juxta sententiam TT. omnium, & nominatim. Sapientissimi Cardin. de Lugo ( 1 ) ab Adversariis ipsis admittunt, nullo modo, & multo minus certo perseverat proprie Virtualis ex uno ad alium diem, seu post interruptionem; quæ fit per somnum ( aliter Sacerdos, qui ante somnum voluit consecrare, vel abolvere, dormiens Formas horum Sacramentorum dicens valide abolvere, & consecrabit ). Ergo etiam Actus Formalis Fidei divinæ nullo modo, & multo minus certo perseverat proprie Virtualis ex uno ad alium diem, seu post interruptionem, quæ fit per somnum. Uno verbo. Actus Formales Explicite Attentionis, & Intentionis certo non perseverant proprie Virtualis post somnum. Ergo etiam Actus Formalis Fidei Explicite certo non perseverat proprie Virtualis post somnum ipsum. Vel ad minus. Ergo etiam Actus Formalis Fidei Explicite non perseverat certe proprie Virtualis post somnum. Ergo sicut celebrans non sine gravi piaculo hodie proferret Formam Consecrationis obtentu Intentionis Formalis a se heri vesperi conceptæ, ita Penitens non sine gravi Scilicet dolore hodie præmitteret Sacramentali Absolutioni dolorem hodiernum a se conceptum ( nisi eum excusaret totalis inadvertentia ac invincibilis ignorantia ) obtentu Fidei Formalis a se heri vesperi elicite. Cum utrobique agatur de requisito ad valorem Sacramenti.

II. Sic argum. 2. Actus Formalis divine Illustrationis certo non perseverat post somnum proprie Virtualis. Ergo etiam neque Actus Formalis divine Fidei Infusa certo perseverat post somnum proprie Virtualis. Clarior. Actus Formalis Gratie Excitantis, vulgo dictus divina Illustratio, vel Inspiratio heri vesperi infusus, post somnum certo non perseverat taliter Virtualis, ut nos hodie possit illuminare in genere Gratie Excitantis ad concipiendum Actum v. g. Contritionis, qui fit materia proxima Sacramenti Penitentia. Ergo etiam Actus Formalis divine Fidei Infusa heri vesperi a nobis elicita infusulque a Deo infusus, post somnum certo non perseverat taliter Virtualis, ut possit certo hodie nos illuminare in genere Fidei divinæ ad concipiendum eundem Contritionis Actum, cum utraque concurrere debeat ad eum concipiendum.

III. Antecedens est verissimum, & a Catholico ( 2 ) minime negandum. Probatur jam Conseq. quævis ex se manifesta: argum. sic. Jam

( 2 ) Quia aliter quilibet homo sub initium mensis, anni, immo & vite semel, aut iterum una ex ejusmodi divinis Illustrationibus illuminatus foret sufficienter provivus de Gratia Excitante ad concipiendum in reliquo mensis, anni, vel vite spatio omnes Actus non solum Virtutum Moralium Acquisitarum, sed etiam Supernaturalium.

Tam Fides Infusa Actualis, quam Gratia Excitantis Actualis sunt in se ipsis supernaturaliter, causantque eundem suum respectivum effectum in genere Causæ Formalis ( 1 ) per seam ipsam, communitationem reddentes illuminatum Intellectum, in quo subsistentur, ac per consequens eo respectivo modo illuminantem Voluntatem per se ipsas, vel per suas impressiones ad hoc, ut hæc due Potentia habiles reddantur ad respectivam productionem eorundem Actuum supernaturalium, v. gr. Charitatis, vel Contritionis quædam durant ex illuminatione, ac impressione. Præterea tam Fides Actualis Infusa, quam Gratia Actualis Excitantis habet eandem ( cum nulla sit excogitabilis disparitas, aliter adferatur ) rationem, modumque perseverandi, vel non perseverandi proprie virtualiter, ac tandem tam Fides Actualis Infusa, quam Gratia Actualis Excitantis Infusa præquiruntur a Tridentino necessitate melius ad productionem Actuum supernaturalium Testi omnino. Atqui sua nova numero Gratia Excitante non possunt hodie supernaturaliter & ut oportet Deum v. gr. amare virtute Excitantis, ac Illuminationis nobis heri proponitum honestatem, ac necessitatem eundem amari, seu quod idem est, atqui talis Excitatio, ac Illustratio Formalis Actualis Gratie non amplius perseverat hodie proprie Virtualis. Ergo etiam sine nova numero Fide Infusa Actuali non possunt hodie supernaturaliter, & ut oportet ipsum Deum amare virtute Illuminationis Fidei Infusa nobis heri vesperi sumam ejusdem Dei Amabilitatem proponentis per Actum Formalem Fidei Infuse tunc a nobis elicium, vel quod idem est, ergo talis Actus Formalis Fidei Actualis non amplius perseverat hodie proprie Virtualis.

IV. Major, & minor præmissæ sunt inconcusæ veritates. Conseq. est legitima, probaturque hoc modo. Sicut omnes cognitiones, recordatio-

nes, impressiones, vel similes effectus, qui nobis solent de Actu Formali illius beaterne divine Illustrationis post somnum superflui, vel ex ea promanant, non sunt vera Gratia Virtualis ( nam aliter non esset nobis simpliciter necessaria hodie, & in futurum alia nova Gratia Formalis Explicite ), & quia reapse non sunt vera Gratia nullo modo sunt aptæ ad suppleendum in nobis hodie, & in futurum, prædictam Gratiam Excitantem heri, vel nudiis tertius a nobis habitam, ita similiter omnes cognitiones, recordationes, impressiones, vel similes effectus naturales ( vel supernaturaliter si qui sunt ), qui nobis post capturn somnum de actu Formali illius beaterne divine Fidei Infuse superflui, vel ex ea promanant, non sunt vera Fides Infusa Virtualis, & quia reapse non sunt vera Fides Infusa Virtualis nullo modo sunt aptæ ad suppleendum hodie, & in futurum in nobis prædictam Fidem Formalem Infusam heri, vel nudiis tertius a nobis habitam atque elicitam. Quod erat demonstrandum.

P A R S II.

Probatur assertio nostra tam affirmativa, cum etiam negativa ab Auctoritate ingenierum Theologorum, & maxime ab Auctoritate ipsiusmet S. R. Ecclesie.

Porro omnes Theologi, qui docent quod præter Formales Actus Explicite Fidei, & Spei ab omnibus elicendos in adventu cupulæque Fidelis ad usum rationis, & aliquoties in anno per se, & ex vi præceptorum divinorum ad eas virtutes pertinetur, tenent Penitentem per accidens, id est ex divino præcepto præmittenti sacramentali Absolutioni supernaturalem Contritionem, vel Attritionem, quæ sine intervenu talium Actuum supernaturalium esse non possunt, ali-

naturalium Infusarum, quin amplius nova ejusmodi Gratia indigeret. Siquæ unusquisque post acceptam primam Gratiam Actualem Excitantem maxime, si ea efficac extrinsece, securissimus rediretur sibi hæc Gratiam nunquam amplius desaturam esse, quod est absurdum, & contra rectum sensum fidelium eam de novo identidem cum Davide a Deo expulsiatam: Illumina oculos meos, ne unquam obliviscam in morte, sanctatum in Traditione, Scripturis, & Conciliis, uti v. gr. in Simonensi, ubi dicitur: „ Ne momentum qui dem præterit, in quo Deus non flet ad, & pulset. “ Et in Tridentino sess. 6. c. 8. ubi dicitur: „ Cum ille ipse Christus J. tanquam caput in membra, & tanquam vitis in palmitibus in ipsos justificatos jussit virtutem sem infusus, quæ virtus bona ipsorum opera semper antecedit ( excitando, ac illuminando ), & concomitatur, & subsequitur, & sine qua nullo pacto Deo grata, & meritoria esse possent. “ Unde merito doctissimus Oecolus ait: „

„ Mea semper hæc est fidelis & indubitata sententia Deum adjutorium suum spectatum quod ridet, per tempora, per dies, & cunctis, & singulis ministrare. “ Sicut etiam D. Hieronymus ep. ad Cresp. adversus Pelagianos c. 3. similiter inquit: „ Non sufficit mihi quod semel gratiam mihi donavit, nisi semper donaverit. “

( 1 ) Id est ad eum fere modum, quo v. g. Abdo, ut ait D. Thomas 1. 2. q. 113. ar. 2. suum effectum causat reddendo per se ipsam eidem applicatam alba subjecta, quibus in est; „ sive hi Actus sint qualitates ex anima divinitus educæ, ab eaque realiter distinctæ, ut placuit peripateticis, siæque sint pure modificationes ipsius anime cogitantis, vel volentis, sive diversæ existendi modi, atque status, quibus ipsa anima ad mentis, aut voluntatis objecta refertur, illa respicit, vel ab eis avertitur, uti placet modernis Philologis.



14. elicere etiam eisdem Formales & Explicite Actus Fidei, & spei tunc temporis, cum ipse adtingitur ad concipiendum predictam Contritionem, vel Attritionem; omnes, inquam, Theologi qui hoc docent, nos pariter docent. 1. Quod hi Fidei, & Spei Actus omnino requirantur, uti preceperunt profus necessaria ad nos reddendos supernaturaliter habiles ad concipiendum predictum supernaturalem Dolorem iuxta nostram I. Adlectionem (nam ut optime l. 2. p. 2. n. 667. ait P. Lacroix: „Ad Dolorem pro hoc Sacramento preceperuntur Actus Fidei, & Spei supernaturalis, ut constat ex dictis l. 2. n. 68. Sed non ob illam causam, nisi quia Dolor debet esse in se supernaturalis, ut non tant omnes cum Dicitillo.... ut nempe ex parte Intellectus addit cognitio supernaturalis, & proportionata, que dirigat, & ex parte voluntatis, motus supernaturalis, & proportionatus, qui erigat, ita ut, nisi precesse illas dispositiones, Principium supernaturalis vale adiuvans non infusum in dolorem.“) 2. Quod nullo modo, & multo minus quod certo ejusmodi Actus post mortem, seu ex uno ad alium diem permaneat proprie Virtuales iuxta nostram 22. adfectionem.

C A P U T I.

Adferuntur textus aliquorum ex prædictis Theologis.

I. D. Angelicus 2. 2. q. 113. ar. 4. ad quest. 2. „Utrum ad Justificationem impii requiratur motus Fidei?“ respondet: „Dicens, quod sicut dictum est ar. preced. motus liberi arbitrii requiritur ad Justificationem impii ec. Prima autem Conversio in Deum fit per Fidem iuxta illud ad Hebr. 11. Accedentem ad Deum oportet credere, quia est &c. & ideo motus Fidei requiritur ad Justificationem impii &c. Ex quo patet quod in Justificatione impii requiritur Actus Fidei &c.“ Et in 3. p. q. 86. ar. 6. iterum ait: „Dicens, quod in Justificatione impii non solum est Actus Penitentis, sed Actus Fidei, ut dictum est. Ideo remissio culpæ non ponitur effectus solum Penitentis virtutis: sed principalis Fidei, & Charitatis.“

D. eximus de Triplici virt. Th. disp. 13. sess. 5. ait: „Una est quasi per accidens (necessitas exercendi Actum Formalem Fidei) ... v. g. Quando est necessarium elicere Contritionem de peccatis, aut Deum super omnia diligere, quod sine Actu Fidei fieri non potest &c.“ Et de Gratia p. 3. l. 8. c. 7. iterum ait: „Proxima dispositio ad Gratiam habituale in Actibus Fidei, Spei, Charitatis, & Penitentis, prout necessarii sunt ad salutem, continentur, ut in decursu hujus libri ostendimus.“ Neque his obstat quod ille elicet Actum Spei sibi obicit c. 19. n. 1. item Pe. Potest de potentia Dei absoluta homo post veram Dei Fidem ipsam super omnia diligere, & propter ipsum peccata detestari,

etiam si Spes illi in mentem non veniat: ego potest dispo ad iustitiam sine Formali Actu Spei, quia Actus Amoris non pendet in intellectu ex Actu Spei, sed ex honestate objecti sibi per Fidem sufficienter propoisti, quod potest homo propter ipsum diligere, etiam si ad illo nihil actu speret, idemque est de odio, vel detestatione peccati &c. neque hoc his, inquam, obstat, ut patet ex solutione: Hæc legitur facere videtur Formalem Actum Spei (dummodo tamen, inquit, si antea præcesserit) non esse tam necessarium ad progressum Justificationis, sicut est Actus Fidei; nam Actus Fidei per se requiritur & aliquomodo ex natura rei, ut supra dixi, ut certior Abbat Voluntas proportionata objectum proponat.“

P. Valquez in t. 2. q. 113. ar. 4. disp. 210. c. 7. inquit: „Si Sermo fit de Fide, que movet ad effectum Charitatis, & ad Penitentiam perfectam, quia iustificatio-homo, ipsa est fundamentum totius edificii, & culminis &c. id autem habet non ratione Charitatis, sed ratione sui &c. Semper loquimur de Actibus, nam de Habitibus modo non curamus, & Concilium Tridentinum sess. 6. c. 6. cum loquitur de Fide, que est fundamentum, & radix Justificationis, de Actu Fidei aperte intelligit, non de Habitu.“

Il. Card. de Lugo de Fide disp. 13. sess. 2. §. un. num. 44. & 45. inquit: „Hinc sequitur esse obligationem exercendi Fidei Actum, quando (notentur bene hæc adverbialia, quando, tunc, cum &c.) homo vult se ad Justificationem in Sacramento parandum preparare, quia debet præmittere detestationem absolutam, & efficaciam Actus peccatorum, ad quam debet procedere Actus Fidei, ut diximus supra.... de facto autem conclusa Fide non proponitur tale Motivum, dolor efficacis de peccato super omnia, qualis ad Justificationem etiam in Sacramento requiritur &c. similiter ex obligatione diligendi Deum, quando illud preceptum obligat, erit etiam obligatio habendi Actum Fidei, sine quo non elicitur (ut oportet) dilectio Dei super omnia, quod idem dicendum est de Actu Spei, quem debet præcedere Actus Fidei.“ Ita ille postquam disp. 12. sess. 2. n. 59. dixerat: „Ad Contritionem debet præcedere cognitio Fidei de Bonitate Dei, & malitia peccati.“

Card. Lambertinus postea Benedictus IV. in Synopth Initit. Eccles. Initit. 63. ait: „Sacrosanctas dotes seculares, ac Regulares (dedicantur ad) vivendos infirmos, qui ad Nobiscomia vite, ac mortis se conferunt &c. iustis, si res exte, & Charitatis beneficiis ad Actus Fidei, Spei, & Charitatis beneficiis inveniunt, ad perfectum criminum dolorem hortentur, ipsi denique Penitentiam Sacramentum administrant.“

Card. Grotus Th. 2. q. 2. dub. 2. §. 1. inquit: „Convenit inter Catholicos, & Hæreticos nostri temporis motum Fidei requiri ad

Justificationem &c. Cum enim voluntas indiget lumine, & directione Intellectus ostendit ei, & proponit objectum, impossibile est eam converti (supernaturali Conversione) in Deum A supernaturaliter, quin procedat Actus Intellectus illum proponens: sed hic Actus in presenti providentia est Actus Fidei, ut patet; ergo hic Actus Fidei ad Justificationem adulti requiritur.“

III. Dominus Dominus Episc. Abelius med. Th. p. 2. tr. 2. c. 4. sect. 1. §. 2. n. 1. & ait: „Respondeo ex probabiliori, & in præsentia tenenda T. T. sententia tribus præsertim casibus tenentur unquamque ad Actum Fidei elicendum primus &c. secundus casus est, quotiesquis ad Actum aliquem virtutis exercendum obligatur, quem sine Fide exercere nequit, ut cum quis tenetur de aliquo peccato penitere, & confiteri.“

Matris disp. 10. de Præc. Virt. Th. q. 1. ar. 1. n. 7. & 3. inquit: „2. Casus (quo scilicet obligat preceptum affirmativum Fidei) est, cum alicui Mystra Fidei primo suscepti fuerit ad credendum proponitur &c. 2. casus est, quotiesquis ad Actum aliquem virtutis exercendum obligatur, quem sine Fide exercere nequit, ut cum quis tenetur de aliquo peccato penitere, & confiteri.“

Mag. Bannez in 2. 2. q. 22. ar. 1. dub. 2. ait: „Quod quis obicit ex hac sententia se qui, quod quando homo tenetur se in Deum convertere, si id non fecerit, peccat triplex peccatum, 1. contra Fidem, 2. contra spem, 3. Contra Penitentiam, concedimus consequentia, quia omnes illi Actus tenentur habere ex præceptis specialibus Fidei, Spei &c.“

P. Henriquez de Penit. Sac. l. 1. c. 21. n. 6. & 7. inquit: „Ante Contritionem, que est ultima dispositio primæ Gratiæ præcedunt quidam Actus. 1. Proposito objecti (v. g. amandi) Supernaturalis, & Fidei Infusa de illo. 2. Fiducia, seu spes in Misericordia Dei &c. 3. Dilectio Dei, ex qua procedit Contritio; revera ante Contritionem præcitantur Supernaturales Actus Fidei, & Charitatis &c. Incedendum Deo, qui uno temporis momento iustificat, concedit cum subita Illustratione, & Fide de prædictis Motivis (divina scilicet Amabilitate, & Fidelitate), & cum voluntatis efficaci auxilio Contritionem perfectam.“

IV. P. Azorius t. 1. l. 3. c. 1. qu. 6. ad quest. 1. An Fidelis, qui est in Gratia, & Charitate Deo ita precepto Fidei teneatur, ut debeat certo aliquo tempore Fidei Actum elicere? respondet: „Actum Fidei esse nobis imperatum a Deo tanquam remedium necessarium ad Justificationem sum Fidelis, tum Infidelis. Et proinde mandatum credendi tunc inducit obligationem (per accidens); cum impius legatur, & precepto compellitur ad iustitiam adhibendam.“ Idem juris est de precepto Spei, & Charitatis.“

P. Galp. Hurtadas de Sacram. disp. 6. de Penit. diff. 6. apud Leandrum t. 2. dicit: „Te-

neri sub mortali peccatore toties quoties non vider recipit Sacram. Penitentis elicere expresse Actus Fidei Dei Iustificatoris, & veniam concedentis.“

P. Ferrillus Reg. Mor. q. 64. n. 75. ait: „Quod autem dicitur Gratiam non deesse, quia bona opera excedant Supernaturalia, admitti non debet, nisi cum limitatione, scilicet quando opera illa per veram Fidem regulantur, ergo circulo Gratiæ hoc postulat.“

Theologus A. Catechismi ad Ordinandos p. 3. de I. Præc. ait: „Ad Actum Fidei tenetur homo, cum primum el proponitur credenda Mysteriorum Fidei, deinde quoties se disponere vult ad Justificationem, tuncque tenetur ad Actum Spei, & ad Actum Amoris perfecti quidem extra Sacram. Baptismi, & Penitentis, imperfecti vero saltem in receptione illorum Sacramentorum.“

V. Salmanticensis t. 5. ref. 21. c. 3. p. 3. n. 33. inquit: „Per accidens obligari hominem ad elicendum Actum Fidei, quoties hic prærequiritur ad Actum aliarum Virtutum Spei, Charitatis, & Penitentis &c. Unde inferunt quod, quando peccator tenetur se ad Deum convertere, & iustificari, debet elicere Actum Fidei &c. Ergo Tunc tenetur credere non quidem ex obligatione Fidei, sed Penitentis.“

P. Bufenbaum l. 2. tr. 1. c. 1. ad resp. 1. Quomodo obligat preceptum Fidei? resp. „Præceptum Fidei internum obligat 2. Pueros inter. Fideles educatos, quando usum rationis &c. 2. Adultos Infideles, quando &c. 3. Quando... ex precepto elicendus est Actus v. g. Spei, Charitatis, Penitentis &c.“ Et tr. 2. addit: „Præceptum Spei per accidens obligat, quando Actus Oratoris, Penitentis, & Charitatis &c. in precepto sunt, qui sine precepto Actus Spei exerceri (ut oportet) non possunt.“

P. Gebatus t. 2. n. 456. inquit: „Ut eliciam ex his verum, & Formalem Actum Fidei, ex quo debet procedere Dolor necessarius ad Penitentiam, querere soleo &c.“

P. Sparia de Penit. q. 80. ar. 2. ait: „Certum est Actum Penitentis non esse primum tempore, quia necessario illum procedunt Actus Fidei, & Spei, ex quibus dependet.“

P. Tamburinus l. 2. in Dec. c. 1. §. 2. n. 10. inquit: „Ex quibus colligo... non teneri scilicet nos ad Actum Fidei, & Spei, nisi quando tenemur iustificari per Contritionem, & ego addo, vel per Attritionem cum Sacramento.“

C A P U T II.

Adferuntur alii textus aliorum ex prædictis Theologis.

I. P. Platelius de Sacram. in genere n. 727. ait: „Defectus Actum Fidei de Deo Iustificatore, & Spei venis ad remissionem peccatorum, & consequenter ad huius Sacramenti effectum necessariis requisitorum, non solum reddunt hoc Sacramentum informe, ut contendunt Adver-



Adversarii, sed *multum*: quia isti Actus non sunt pars huius Sacramenti, *sine illis tamen* *habeat* hoc Sacramentum, eo quod sine illis haberi non possit *supernaturalitas*, & *efficacitas* Doloris, ac *Propositi* ad Sacramenti substantiam essentialiter requisita, ac proinde isti Actus sunt connotatum *necessario prae-requisitum* ad sufficientiam partis Materialis: unde dici possunt illius partis praesuppositivae, licet non Formaliter.

Baltus Mor. t. 1. de Fide n. 15. inquit, Tempus Actum Fidei efficiendi est, quando homo tenetur se ad Deum convertere, & Gratiam recipere. P. Pichler Th. Polemica p. 1. Controv. Fundam. III. de Eccles. c. 1. ar. 6. n. 12. respondens illi improprio Lutheranorum in *Confess. Augsburgana* ad ar. 20. descripto, nimirum, Incipiunt Catholici etiam Fidei mentionem facere, de, de quo olim (paullatim Lutherum) mirum erat silentium: docent nos non tantum Operibus justificari, sed coniungunt Fidem, & Opera &c. ait, Non excludunt Catholici Fidem ad fructuosam susceptionem Sacramentorum in adultis, sed etiam inter dispositiones praevias suscipiendis volunt eam esse primam: immo dicunt Fidem praesupponi ad ceteras Actus Supernaturales tanquam Principium Vitae Spirituali &c. Adiens p. 1. Controv. 1. ar. 6. n. 12. Scendum est tertio Catholicos in tribus diffidere a Sectaris circa hoc negotium. Nam 1. dicunt Fidem esse dispositionem ex parte hominis necessariam ad *Fusionem*, quam aliqui non immerito vocant meritum de *Congruo*. 2. Fidem solam non esse dispositionem adequatam, sed requiri etiam aliarum Virtutum Actus, qui sunt *aeque ac Fides dispositiones* vel remotae, vel proximae, cuiusmodi sunt Spes, Amor Dei, oculum peccati, seu dolor, Propositum emendandi vitam &c. 3. Fidem, prout est dispositio ad *Justificationem*, esse assensum certum ac firmissimum ob Auctoritatem Dei revelantis praeteritum illis rebus, quae a Deo revelatae sunt.

P. Sock l. 1. p. 1. n. 29. inquit, Ad veram Contritionem, prout praedicitur a perfecta, vel imperfecta, necessario praesupponuntur Actus Fidei, & Spei &c. P. Fagundes l. 1. n. 11. dicit, Quoties quis in mortali existens tenetur ad Amicitiam Dei redire, & amissam Gratiam recuperare, erit quidem obligatio efficiendi Actum Fidei &c. P. Gormas de Penit. p. 1. n. 134. ait, Actus Fidei, & Spei sunt dispositiones a Deo destinatae in hac providentia pro adulti Justificatione in quocumque casu.

II. P. Laymanus l. 2. tr. 1. c. 10. as. 2. inquit, Tertius casus, quo praecipuum exercendi Fidei internum Actum obligat, est cum praecipui necessitas homini incumbit ad efficiendos Actus Spei, Charitatis. . . Penitentiae propterea quod Fides fundamentum sit reliquarum Virtutum, quae suis Actibus Deum aliquo modo attingunt.

Sporetus tr. 2. in t. pasc. Dec. c. 3. sect. 3. §. 3. ad quae. Quibus Casibus pro accideus est obligatio efficiendi Assensum Fidei? respondet, Casus 1. est Quando quis tenetur, vel vult justificari, vel gratiam amissionem recuperare pro Contritionem, aut Amicitiam cum Sacramento. Certum est apud omnes. Hericex disp. 7. n. 77. ait, Per accidens obligatur quis ad Actum Fidei efficiendum, dum iustitiae praecipuum, quod sine Fide impleri non potest, puta Dilectionis, Contritionis, vel Amicitiam, qui sine directione Actuali Fidei (ut oportet) elici non possunt.

P. Baldus t. 2. l. 1. n. de Fide c. 6. n. 7. inquit, Cum non semper tenentur positive elicere Actus credendi, sed Tunc solum quando tenentur nos in Deum convertere per Actum Charitatis, aut Penitentiae, & ad iustitiam nos disponente, &c. Et cum Deus hoc exercitium (eliciendi Actus Fidei per accidens) homini tam Fidei, & baptizato ecc. solum iniunxerit, ut Medium necessarium ad iustitiam, & Gratiam, & ad Actus peccatorum certarum Virtutum: hinc est, ut obligatio Fidei quo ad hoc exercitium ex Jure divino &c.

P. Lacroix l. 2. c. 1. n. 18. inquit, Non tantum ad 1. Justificationem in Baptismo, sed etiam ad quosvis aliam in Sacramento Penitentiae, vel in Contritionis ob inendam praerequisitum Fides saltem Virtualis (& quidem non, ut aliquibus videtur admittere n. 25. 27. & 31. in aliquo improprio, sed in nostro vero sensu, ut clarissime patet ex eo, quod ad 26. addit &c. Si agatur, inquit, de Sacramento suscipiendo, Tunc enim facit merito adhibendam majorem cautelam, ut per praemissos Actus Fidei, & Spei Voluntatis dispositio ad Dolorem Supernaturalem, maxime, cum nesciamus quando Actus illi desinant esse Virtualiter, & solum Habitualliter permaneat.

Sabbour, ait cit. Lacroix n. 19. dicit, Quoties semper accuratissime confiteri, & tamen nunquam ad Confessionis fructum pertinere, quia, quod praecipuum est, negligunt, nimirum Fidem &c. P. Dicaillius (ait idem Lacroix cit. l. 1. n. 25.) ad Justificationem requirit Actum Fidei Formalem, & Spas de Penit. q. 88. Actum Spei Formalem.

III. Resistentiel tr. de Virt. Th. d. 3. q. 2. concl. 6. ait, Per accidens & indirecte obligatur quis ad internum Actum Fidei efficiendum, quotiescumque adest obligatio exercendi Actum alterius virtutis praesupponens Actum Fidei. Ita certa, & communis sententia &c. Sic qui in certis circumstantiis tenetur Contritionem elicere, tenetur pariter Actum Fidei habere &c. Idem servata proportione in casu, quo quis obligetur elicere Actum Spei, vel Charitatis &c. Cum etiam hi praesupponant Actus Fidei.

Mag. Wigand Tribun. Confessoriorum de Virt. Th. d. 1. ad quae. Quanto per accidens obligatur praecipuum Fidei? respondet, Tunc quando quis tenetur elicere Contritionem, vel &c. P. Coninchius t. 2. de Sacr. Penit. d. 1. de. n. 45. ait, Nota 1. certum hic esse 1. debet, quiri Gratiam Praevenientem, sine qua non possumus penitere sicut oportet, ut docet Tridentinum Sess. 6. c. 3. Secundo necessario requirit Actum Fidei, quia voluntas nihil potest velle, nisi procedat Actus Intellectus: ita saltem secundum praesentem Dei Ordinationem, non potest ullam Actionem Supernaturalem elicere, nisi procedat Actus Fidei, quae dirigatur.

Ac tandem hocmet docet (apud Concinam Th. Chr. 2. p. 96. mihi 101.), a suisque in posterum docendum statuit an. 1716. die 23. Julii Sapientissima Theologica Sorbonica Facultas dicens, Praeter hunc (Supernaturalem) gehennae Temporem, Actusque Fidei, & Spei requirit Amorem Dei, quo Deum tanquam omnis iustitiae fontem, ut docet Concilium Tridentinum, diligere incipimus. Hunc Amorem ferri in Deum declarat Sacra Parisiensis Universitas, tum ut in se summe Bonus est, tum est summum bonum nostrum, quo dum concipitur Charitas, ut ad adultis obtineatur remissio peccatorum in Sacramento Baptismi, & Penitentiae.

IV. Hic etiam adferre possemus similes textus PP. Turriani, Valentis, Ruiz, Elifalde, Taberna, Rhodes, atque Diana, Trullenchii, Veiga, Jonii, & plurimum aliorum TT. Quid? Cardenas vel inquit hunc TT. Confessum testatur nobis adfere. Primus scilicet dicit, ut videmus, ait, Haec obligatioem (Tunc eliciendi per accidens praedictos Actus) nemo unquam negavit. Secundus vero, dum ad 17. Prop. Decret. Innoc. XI. n. 80. fatetur, esse communiter sententiam PP. & TT. sine Actu Fidei nullum adultum peccatorem posse justificari, quam doctrinam, ait, P. Suarez dicit absque errore in Fide negari non posse. Verum quidem est quod ipse communibus praedictis actus statim addit, Durum videtur concedere eam, qui in aliquo casu accedit ad Sacramentum Penitentiae cum detestatio (sed negatur praesuppositum, tum quod scilicet a detestatio esse possit Supernaturalis, ac ut oportet) efficaci peccatorum, credens remissionem obtineri per illud Sacramentum, quia pro tunc est immensus peccatorum Dei, non justificari, cum tamen ille Actus, quo credit remitti peccata a Deo per illud Sacramentum mediate ortum trahat ab Auctoritate Dei revelantis.

Demonstratur, quod Theologi in alatis textibus unice loquantur de Actibus Formalibus Explicitis Fidei, & Spei proxime ante elicitis, ac Virtualibus in sensu nostrae adfessionis.

HOec adeo verum est, ac extra dubitationis aleam positum, ut qui aliter allegatos textus interpretaretur, in primis visiri debet postea sequentes interpretationes Lutheri scilicet in Psal. 5. dicens, Ubi Scriptura mandatur, ut fiant bona Opera, sic intelligat, quod prohibeat, ne faciat opera bona. Et Calvinus ajentis, Verba Christi Matt. 19. Si vis ad vitam ingredi, serva mandata, non sermo, sed ironice dicta esse, adeoque in opposito sensu intelligenda. Secundo, sepe Philosophici, Theologici, ac Latini fermonis profus ignarum proderet; cum harum scientiarum peritis manifestum sit 1. Quod adverbium illa, Tunc, Cum, Quando a Theologis adhibita, atque in citatis textibus inserta nullum alium sensum admittere possunt, nisi quod eiuusmodi Actus elici debeant Tunc, in illo tempore, seu temporis differentia, qua Paenitentis vel ad eliciendum Supernaturalem Contritionem, vel Amicitiam adingit. Nec nisi per summam insitiam, vel intolerabilem puritatem contradicendi verbo veritatis intelligi possunt de Actibus illis, quos forte Penitens tribus diebus, mensibus, vel annis antea devotioribus causa v. g. elicitus.

II. Quod cum juxta notum Philosophorum, ac Theologorum Axioma Analogam absolute sumptum sit pro famosiore, & principaliori significato, sive sit pro illa re, cui cum majori proprietate Analogi nomen solet adpasci, Analogum Actus Fidei, & Spei in praedictis textibus absolute sumptum ab eis TT. nullo pacto significare potest nisi solum Actus Fidei, & Spei Formales Explicitos Supernaturales, ut oportet, & qui antonomastice tales sunt; eo modo quo Analogum v. g. Homo absolute sumptum non potest significare nisi hominem proprie talem, nisi me vero cadaver, vel hominem depitum. Quod innuit, ac testatur Lacroixus cit. l. dum inquit, Quia Scriptura, Concilia, Patres, & Auctores requirunt Fidem absolute, & simpliciter talem, immo prolixius expresse requirunt Actum Fidei, vel Fidem Actualem, uti Clerus Gallicanus, Suarez (cum aliis trecentis DD. quos ibidem citat) &c. Fides Implicita, Exercita, & Virtualis non dicitur absolute, & simpliciter Fides, & minus minus dicitur Actus Fidei, vel Fidei sine addito.

III. Cum istidem peritis iterum manifestum sit 1. Quod Theologi hic requirunt Actus Formales Explicitos Fidei liberos, & qui ultro a Penitentibus cetera prohibentis poni, vel omitti possunt, qualis certe non fuit, ut ex se patet praesentis Actus Virtuales Impliciti & Exerciti includi in Confessionibus, Contritionibus &c. qui quidem ab ipsis emitti nullatenus possunt ex supposito.



positione, quod Confessiones, & Contritiones licet de iisdem nihil cogitantes ponant. 2. Quod hi TT. docent hōc Actus elici debere ab illis Penitentibus (quos ceteroquin Fide, & Spe *Virtualibus Exercitiis*, & *Implicitis* in Confessionibus, Contritionibus, aliisque piis operibus incluis plenissimos supponunt), effequi debere *est dem* profus nature, & recte, rationis, ac qualitatis cum illius Actibus Fidei, & Spei, quos ipsi TT. requirunt ab omnibus, dum ad iura rationis, ad Fidem Catholicam, vel ad mortis articulum *perueniant*, ut patet ex retribus, & contextibus ipsis. Qui quidem Fidei Actus iuxta omnes *Formales*, *Expliciti*, *Supernaturales*, *et oportet*, esse debent. 3. Quod Controversia sit inter TT. ut novit vel mediocriter versatus in re Morali, negantibus quibusdam, & affirmantibus aliis, ut testatur Ligorius in Opere *Homo Apost.* tr. 26. de Pœnit. c. 1. p. 1. n. 13. dicens „ An ad obtinendam gratiam in Confessione requiratur Actus Expliciti Fidei, & Spei? alii affirmant, alii communiis negant: „ & Catalanus de Pœnit. q. 6. c. 1. n. 6. ajens „ An autem hi Actus Theologici requiruntur Formaliter, an Virtualiter? &c. Ac per consequens manifestum esse nostram affirmantiam sententiam utpote ex diametro eidem oppositam nullo pacto coincidere posse in sensu cum negativa Adversariorum, ut aliqui ex eis nimis perperam prætendunt.

IV. Quare nimis solemnis infirmitas esset velle aliter explicare, seu obscurare aperitissimam graviorum TT. mentem, vel in dubium revocare sit necne inter TT. ipsos nostra requirementi prædictos *Formales*, *Explicitos* Actus Sententia & illa alia eisdem requiri negantium. Si quidem hoc negare esset omnibus TT. summæ stultitiæ infamiam inurere. Illis scilicet, qui contrariam opinionem amplectantur, quatenus ipsi agnoscunt pro suis Adversariis nostræ Sententiæ patrones; istis vero, dum nobis supponunt eoldem serio inquirere „ I. An rigorose dictum præcepto „ *nunc tentamur ad alium præmississe hōterna* „ *nostra* Contritioni *illiusmet* numero *Actus Formales* *Explicitos* *Fidei*, & *Spei*, quos *Tunc* „ *pro* nostra *mea* devotione *fore* elicumus? II. *Utrum* omitti licite possint necne a Penitente „ *illimet* *Fidei*, & *Spei* *Actus*, qui ab ipso *in* „ *omni* *reapse* ac *necessario* in *exercitio* *ferri* „ *omnino* *supponantur*? III. *Utrum* *necesse* *fit* „ *necne* *Penitentem* *elicere* *Actum* *Contritionis* „ *ad* *elicendam* *Actum* *Contritionis*?

IV. *Utrum* *Sit* *necne* *de* *præcepto* *divino* *elicere* „ *Actum* *Contritionis*, *qui* *fit* *præviu* *necessarium* *prærequiritum* *ad* *suammet* *individualem* *productionem*? „ Et *millia* *alia* *ejusmodi* *ridicula* *aburdia*. Maxime: cum adversariorum Primates Roncaglia, & Viva fateantur nostram affirmantiam opinionem esse puram putantque *Concilii Tridentini sententiam*. Et P. Cardenas ad Prop. 12. Decr. Innoc. XI. num. 44. de ea loquens dicit „ *Nulla* *enim* *est* *opinio* *magis* *conformis* *decreto* *Pontificis* „ Certum ergo est hanc nostram sententiam doceri ab allegatis TT. saltem uti *probabilem*, & *esse* *Tu-*

tionem, & esse de valore Sacramenti; quo profuso, ut evidentiissimum demonstrabimus, contra nullo pacto amplius in praxim reduci potest. Sunt qui, cum hoc amplius negare non audeant, respondent verum quidem esse hanc nostram doctrinam esse Veterum doctrinam, atque denaturor Theologorum Theologiam; sed impertentit addunt suam ipsorum doctrinam esse Theologorum Viventium doctrinam, ac Theologiam. Quin animadvertant, quod doctrina, ac Theologia illa, quæ plane adversatur doctrinæ, ac Theologia Patrum, & Theologorum doctorum, & Conciliorum, & ipsius Ecclesiæ prescriptæ praxi, non potest non esse ad minus temeraria, & erronea, ac vera Pseudo-theologia.

C A P U T IV.

Probaturs efficacissime ex antiquissima praxi quoad substantiam propositi immutabili ab Ecclesia Rom. prescripta, ac observata, tum quod Formalis Explicitus Fidei Actus prærequiritur ad Penitentis Justificationem per Sacramentum Penitentia: tum quod ejusmodi Actus non preleverat post somnum, seu ex uno ad alium diem proprie Virtualis.

Ecclesia R. ab Apostolorum ætate (cum vix alia ejusmodi institutionis, seu declarationis epocha præfigi possit) positive præscribens omnibus suis Confessariis, quod ipsi in Sacramentalibus Confessionibus prærentes, aliæque Mytheria tunc Explicite credenda suggerentes ab omnibus, & singularis suis Penitentibus exigant elicientiam Actus Formalis Expliciti, maxime Fidei, atqueam hōdum iterato conantur ad elicientiam Actum doloris peccatorum, duo nos docet. 1. Scilicet, quod quicumque Fidelis, qui preparatur ad Sacramentalem Absolutionem, seu Contritioni præmittere debet Formalem Explicitem Fidei Actum Mytheriorum ad eam Contritionem maxime concurrentium, ita proxime ac recenter elicitum, ut dum illa ab eo concipiatur, si perseveret certo ad minus proprie Virtualis. 2. Quod ejusmodi Actus Fidei iuxta suam mentem, ac doctrinam ab antiquo retenant, & in suo Rituali Confessariis expressant, & postea in Sacra. Concilio Tridentino, ac tandem in Catechismo Rom. quoad substantiam omnibus inculcant, nec est, neque esse potest aliquis Actus Implicitus ac Exercitus Fidei Virtualis in seipso Adversariorum; vel ullus alius præteritus Actus Formalis Explicitus Fidei, qui duret, ac supersit ex uno ad alium diem, mensem, vel annum.

H. Probaturs tam hæc R. Ecclesiæ antiquissima praxis ejusdemque prescriptio seu denuntiatio Confessariis facta ex cit. antiquo Rituali Romano: *Ordo Romanus* &c. In quo inter alia ad Sacramentorum administrationem præsentia ex Traditione accepta, ea ipsa postea relata atque inserta est, siquæ ibidem describitur „ *Ordo* „ in 4. Feria Quadragesimæ. Hac die *ostendamus* „ *genus* *pronuntians* *Diacono* *super* *Populum* „ cum *inclinatione* *capitis*, in primis præmo- „ nere

nere debet Sacerdos omnes Christianos ex Sacris Scripturarum testimoniis, quatenus in Capite Jeunni ad veram Confessionem, veramque Penitentiam (1) festinatius accedant. Denique admonendi sunt, ut in Cena domini redeant ad reconciliationem (id est ad quandam indulgentialem absolutionem, & postea ad Sacramentalem Communionem). Si vero interit causa aut itineris, ut cuiuslibet occupationis, aut ita forte hebes est Penitens, ut hoc ei Sacerdos persuadere nequeat, injungat ei quadragesimalem quamque annualem Penitentiam, & reconciliet statim dans illi S. Communionem. Denique cum Sacerdos susceperit Penitentem, si Laicus est, demisso baculo, quiquis vero ille est, si vero Laicus, si vero Clericus, si vero Monachus simpliciter inclinet se ante Sacerdotem. Tunc Sacerdos (2) &c. Post ista omnia scrutata & Penitentem corroborationem interroget eum Sacerdos ita dicens: *Credis in Deum Patrem & Filium, & Spiritum Sanctum*? Respondet Penitens, *Credo*. Item: *Credis quia ipse tres Personæ Patris, & Filii, & Spiritus Sanctus unus sit Deus?* Resp. *Credo*. Item: *Credis, quia in hac ipsa carne, in qua vivo do es, resurgituris?* Resp. *Credo*. Item &c. III. Confessio Penitentis (pergit Rituale) Confiteri &c. Tunc dicit Sacerdos: *Miserere sur tui Omnipotens Deus &c.* Quod predicto totum se in servam proferat, & genuat, atque suspirat, vel lacrymat, prout Deus dederit, ab intimo corde producat. Sacerdos vero patiatur eum aliquantisper jacere prostratum (3) juxta quod viderit eum divina inspiratione componitum &c. Et indicat ei Sacerdos

absolutionem pendens Personæ qualitatem, molum culpe, intentionem animi, & corporis valetudinem, vel imbecillitatem. Peccata autem Sententia Sacerdotis iterum (ad Absolutionem suscipiendam) proferat vel Penitens pedibus illius, preteris &c. Quod totum comprobatur ex illo alio fati antiquo Penitentialem reperit ab ipso cit. Amort in Bibliotheca Ecclesiæ Cathedralis Augustinæ in quodam Manuscripto, quod ille exaratum putat Saeculo X. quodque refert in cit. Diss. pag. 12. n. 54. Cujus titulus est „ *Ordo ad dandam Penitentiam*. „ Interrogat (Penitentem, incipit prædictus Ordo), Sacerdos. *Credis in Deum Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum?* Respondet *Credo*. *Credis quod ipse tres Personæ, quod diximus Patris, & Filii, & Spiritus Sanctus, tres Personæ sunt, & unus Deus?* Resp. *Credo*. *Credis quod &c.* Tunc facit eum confiteri omnia peccata sua dicendo: *Peccavi homicidium &c.* *Peccavi furtum &c.* Et ad ultimum dicendum est contenti „ *Multa tui peccata mea in verbis, in factis, in cogitationibus*. Adhuc interrogat eum Sacerdos. *Habes Fidem confessam, & peccata confessando Sacerdoti veniuntur tibi?* *Credis hoc?* Resp. *Credo*. *Habes voluntatem quod egisti contra mandata Dei, ut hæc emendas?* Respondet. *Habes*. Dices (o Confessari, eundem absolvens) ei. *Dominus sit tibi adiutor, & protector, & præstes indulgentiam de peccatis tuis præteritis, præsentibus, & futuris*. Tunc dat illi Penitentiam, & judicat secundum modulum criminum ejus „ *Hocque prædicta Ritualia*. IV. „ At quomodo, inquis, in tantam defec-

(1) Ut res melius percipiatur, sciendum eum rem antiquarum peritis. (ut in *Historia Indulg.* Diss. Prælim. p. 2. n. 5. ait doctus P. D. Eusebius Amort) „ antiquitus Penitentem initio „ *Quadrages. suis* *confessus* *Presbytero*, ab eo „ *demque* *absolutus* *ea* *conditione*, ut *interrea* „ *tempore* *Quadragesimæ* *se* *exerceret* *in* *Operibus* *Penitentia* „ Et quidem Omnes, ut patet ex illo, Omnes Christianos; & ex illo antiquo decreto „ *Etiam* *aliquis*, *qui* „ *ad* *Confessionem* *non* *venisset* *vel* *una* *vice* „ *in* *anno*, *idem* *in* *Capite* *Quadragesimæ* „ *me* „ *relato* *a* *Burchardo*, & *Ivone* *sub* *nomine* *pape* *Eutrichiani*. Et ex illo alio Soteris Pape an. 176. „ *Eriam* *Penitentes* *in* *die* *Cenæ* *Domini* *ad* *percipiendam* *Corporis*, & *Sanguinis* *Domini* *Sacramenta* *reconcilientur*. „ 2. Omnes Fideles non solum graviorum seclerum, sed etiam leviorum culparum reos publicas Penitentias subire solitos tunc fuisse, ut post alios tenet eruditissimus Benedictus XIV. de Felis D. N. J. Christi lib. 1. cap. 6. num. 67. dicens „ *De* *o* *ritu* *(* imponendi *publicas* *Penitentias* *Feria* *4. Cinerum, & sub initium* *Quadragesimæ* „ S. Innocentius epist. 1. cap. 7.

pag. 998. Collectionis Concil. P. Ardaini, ait: „ *De* *Penitentibus* *vero*, *qui* *five* *ex* *gravioribus* *Confessionibus*, *qui* *five* *ex* *levioribus* *Penitentiam* *exerint*, *si* *nulla* *interveniat* *agritudo* „ 5. *Feria* *ante* *Pascha* *eis* *remittendam* *R. Ecclesiæ* *consuetudo* *demonstrat* &c. (2) Hic præscribitur Confessario tota ratio examinandæ Penitentem, expellendique integræ ejus Confessionem, ac eidem injungendi salutarem Penitentiam, considerata scilicet qualitate Personarum; motaque additur modus præcedendi suggerendo ipsi Penitenti quandam Formulam *Actus Fidei* *ab* *ipso* *tunc* *temporis* *elicendi*, ad hoc ut paullo post ipse iterare ac de nouo elicare Supernaturalem peccatorum dolorem possit; ac tandem eidem proponitur modus eundem absolvend. (3) Ex his patet quod C. Ecclesiæ non putet, quod communitur loquendo verus Supernaturalis Dolor, ut oportet concipiatur ad unum, alterumve frigidum conatum a nobis positum ad eum eliciendum, nec ea facilitate, quam nostri Adversarii sibi fingunt, vera peccatoris converfio peragatur, ut Tractatu 2. videbimus.



admodum abire potuit Universalis Antiquissima  
 Ecclesie Praxis ab ipsa precepta, vel  
 potius declarata de re, contra quam nullo pa-  
 tido prescribi potest? Dixi *Universalem*, &  
*Antiquissimam* C. Ecclesie coevam, cum pra-  
 ter intrinsecas rationes ejus necessitatem tem-  
 per & pro semper comprobantes de ipsa te-  
 stetur etiam doctus Deyentria in *Responsio-  
 ne Catholica ad art. 2. Confess. Augustanae*  
 suo illo: *Docuisse semper ac docere*  
*Catholicos prae Fidei, & Spei Actum*  
*requiri Actum dilectionis, ut quis in Sacra-  
 mento Poenitentiae gratiam accipiat*. Respon-  
 sionem hanc deducendum provenire potuisse ex eo  
 scilicet, quod plures & Confessarii passim cum ju-  
 rioribus Ordinandis suis Poenitentibus in praxim  
 reducentes illud quorundam T. I. videlicet, quod  
*Poenitentes culti ac ingrati potius prudenter*  
*supponi ex se praestitisse omnia necessaria ad*  
*substantiam Sacramenti* in causa fuerint, ut  
 cui in postea minus Confessarii obeunt, in pos-  
 teros non transfunderit praxim, quam a prop-  
 riis Confessariis non acceperant. Maxime, cum  
 homines ad suscipiendum, quam ad amplectendum  
 laborem procliviores sint. Unde factum est, ut  
 temporis decursu ingruente hac in re ob tot il-  
 las Fidei diversae acceptiones magna equivoca-  
 tionem illavit, aliqui Theologi praeter errores in  
 tot damnatis contentis necessitatem *Actualis Fi-  
 dei Formalis Explicite* ad Supernaturalem Con-  
 tritionem concipiendam a Scripseris, PP. Conci-  
 liis, atque gravioribus T. I. inculcatam plane ele-  
 vare atque extenuare coeperint. Et praeposteris  
 interpretationibus ad nescio quem Fidem *Execr-  
 titam* & *Implicitam Virtualiter* (melius dicas,  
*Nullam*.) Ita ad quamdam *Naturalem ad hec*  
*rem recordationem*, vel fere ad unam divinorum  
 Mysteriorum Professionem reducerint. Et tandem  
 nos postiores iuxta illud Aristotelis 1. *Metaph.*  
*cap. ultim.* *Quemadmodum enim consuevi-*  
*mus, ita iudicamus dici debere, & quae pra-*  
*ter hoc non apparent verisimilia* haec pro  
 infallibili regula suscipere minime dubitamus.

CAPUT V.

Confirmatur a Tridentino, & Catechismo R.  
 praedicta Ecclesiae prescriptio, ac praxos ne-  
 cessarias quoad substantiam praemittendi Con-  
 tritioni praedictos Formales Explicite Actus Fi-  
 dei, & Spei. Et etiam a Rituali Argento-  
 rensi, ac tandem a praxi totius Ecclesiae Gal-  
 licanae.

I. Quod demonstratur 1. Ex eo quod Sacros.  
 Synodus postquam sess. 6. capiti 6. praes-  
 titit titulum: *Modus preparationis*  
 dixit, Disponatur autem ad ipsam iudicium  
 dum Excitati a divina Gratia, & adju-  
 tum Fidem ex auditu concipientes libere move-  
 tur in Deum credentes vera esse, quae divini-  
 tus revelata, & promissa sunt, atque illud in  
 primis a Deo justificari impium per Gratiam  
 ejus, per redemptionem, quae est in Christo

esu &c. In *Sper* exiguntur fideles Deum  
 sibi propter Christum fore propitium, illum-  
 que raquam omnis iustitiae fontem diligere  
 incipiunt: ac propterea moventur adversus  
 peccata per odium, & detestationem &c. De  
 hac dispositione (Fidei scilicet) scriptum est:  
*Accedentem ad Deum oportere credere quia*  
*est, & quod inquirentibus se Remanentior*  
*sit. Et confide filii, remittuntur sibi peccata*  
*tua*. 2. Ex eo quod postquam cap.  
 8. ejusdem sess. 6. adposuit titulum, Quo-  
 modo intelligatur impium per Fidem gra-  
 tis justificari? ait: Cum vero Apostolus  
 dixit *justificari hominem per Fidem, &*  
*gratia*: ea verba in eodem sensu intelligenda  
 sunt, quem perpetuus Ecclesie C. sensus re-  
 tenuit, & expressit, scilicet per Fidem ideo ju-  
 stificari dicatur, quia *Fides est humanae Sa-*  
*luti Insitum, Fundamentum, & Radix om-*  
*nis Justificationis*.

II. Et tandem ex eo quod can. 3. ejusdem  
 sess. 6. ait, si quis dixerit sine praeventio Spir-  
 ritus Sancti inspiratione, atque adiutorio ho-  
 minem Credere, Sperare, Diligere, aut Poeni-  
 tere posse, sicut oportet, ut ei *Justificatio-*  
*nis Gratia conferatur, anathema sit*. De  
 quo Carone P. Suarez par. 3. de Gratia lib.  
 8. cap. 7. n. 4. inquit, Dico ergo ibi loqui  
 Concilium de propria Justificatione, duoque  
 docere. Unum est hominem ad illam recipien-  
 dam per *Actus Fidei, Spei, & Charitatis*  
 disponi, hoc enim significat illa verba, ut  
 et *Justificationis gratia conferatur* &c. Alie-  
 rum dogma a Concilio directe definitum est  
*illos Actus factos, sicut oportet, ut homines*  
 ad talem gratiam disponant fieri non posse si-  
 ne Spiritu Sancti praeventione inspiratione,  
 ejusque adiutorio, ac proinde dispositionem illam  
 debere esse *Supernaturalem, & ex gratia*  
 Spiritus Sancti.

III. Catechismus Rom. vero ab ipsa Synodo  
 praepceptus, a Sancto Pio V. editus, a pia mem.  
 Clemente XIII. commendatus, sic nobis ejusdem  
 Synodi mentem exponit par. 1. de Sacrament.  
 Penit. cap. 5. num. 5. & 8., in eo, quem  
 panit, inquit, *Fides Poenitentiam antece-*  
*dat, necesse est*, quibus gradibus ad hanc di-  
 vnam Virtutem ascendere licet. Primum ita-  
 que Dei Misericordia nos praevent &c. Delin-  
 de hoc lumine illustrati per Fidem ad Deum  
 animo tenemus. *Credere enim oportet acci-*  
*dentem ad Deum*, ut Apostolus testatur &c.  
 Hinc deinde accedit *Sper* impetranda a Deo Mi-  
 sericordiae, ex qua &c. Postremo Christo  
 corda nostra accenduntur, ex qua &c. *Ritu-*  
*ale Argentorensis* tit. de Penit. 6. 2. ait,  
 Ceterum Poenitentes suos admonere non ces-  
 sent Confessarii, *ne se putent securos in Sa-*  
*cram. Poenitentiae perceptione, si praeter Fidem,*  
*& Spei Actus non &c.* Sapientissimus Cle-  
 rus Gallicanus hoc idem ad praxim reducendum  
 docet, dum in Conventu habito die 4. Sept. an.  
 1700. in declaratione dilecti Dei in Penit.  
 Sacram. requisita agens de Sacram. Poenitent.  
 & Baptismi adulti inquit, Ne quis putet in u-

troque Sacramento securum se esse si pra-  
 ter Fidei, & Spei Actum non incipiat &c.  
 Ergo efficacissime probatur ex antiquissima praxi  
 ab Ecclesia R. olim praescripta, & postea sal-  
 tem quod ad substantiam confirmata tum quod

Formalis Explicite Fidei divinae Supernaturalis  
 Actus praerequitur ad nostram Justificationem  
 per Sacram. Poenitentiam, tum quod ejusmodi Ac-  
 tus non perseverent post somnum proprie Vir-  
 tuales.

DISSERTATIO III.

Demonstratur Amplius tum per exclusionem cujuscumque alterius generis Fidei Virtualis a  
 nostra diversae, tum per inevitabilem obligationem praticandi eandem, quod ab omni  
 Catholico in praxi sententia nostra omnino tenenda sit.

PARS PRIMA.

Demonstratur, quod nulla ratione possunt esse  
 Actus Fidei divinae Supernaturalis, immo nec  
 Naturalis. I. Quicumque Actus Intellectivi  
 pure cognoscitivi Dei, rerumque Supernatu-  
 raliu, vel pure memorativi Dei, ipsarumque  
 rerum Supernaturalium per Actus Fidei Divi-  
 nae olim crediturum. II. Quicumque Actus  
 volitivi aliarum Virtutum ab Adversariis di-  
 & Fidei Virtualis Exercitia, & Implicita in  
 ipsis inclusa.

CAPUT I.

Probatu efficacissime, quod nullus ex praedictis  
 Actibus ut ut firmissime adhaesioni, potest  
 esse Actus Fidei divinae Supernaturalis, immo  
 nec Naturalis.

I. Sic argumentor. Nulla omnino in rerum na-  
 tura potest esse entitas ejusdem naturae,  
 ac speciei cum alia, ejus Essentialibus, For-  
 malibus, Specificativis, Constitutivis ipsa pro-  
 fus obata sit. Cum implicet contradictionem, in  
 quod res ulla fit ejusdem speciei ac naturae cum  
 alia, quacum nullo modo communicat in eisdem  
 Constitutivis. Aique omnes praedicti Actus sunt  
 proflus obati Essentialibus, Formalibus, Specificati-  
 vis, Constitutivis Fidei divinae Supernaturalis,  
 Actuali scilicet attentione ad Dei revelantis  
 infallibilem Auctoritatem. Cum evidens sit,  
 quod sit ejusmodi Actus habent praedictum Actus  
 Formalis Explicite Fidei divinae Constitutum  
 eo ipso (contra veritatem manifestam, & sup-  
 positionem adversariorum) esse in se *Actus*  
*Formales Explicite* ipsius divinae Fidei, nec am-  
 plius essent inter se essentialiter specie diver-  
 si, si equus, & asinus haberent Essentialia  
 Formale Specificativum hominis Constitutum,  
 scilicet *Rationale*, eo ipso essent in se veri ho-  
 mines, nec amplius essent specie diversi ab ho-  
 mine. Ergo nullus ex praedictis Actibus ut ut  
 firmissime adhaesioni praedictus potest esse Actus  
 Fidei divinae Supernaturalis, immo nec *Natura-*  
*lis*. Ergo neque nos habiles reddere potest ad  
 concipiendum nostram Supernaturalem Sper, Cha-

ritatem, & Contritionem. Quod erat demon-  
 strandum.

II. De legitima consequente consecutione, vel  
 de veritate praemissarum solus dubitabit philo-  
 sophicus, atque theologus principis proflus  
 delictus. Unde Adversarij nullo alio jure pra-  
 dictos Actus Cognoscitivos, Memorativos, &  
 Virtualis Exercitii Impliciti reputare valent  
 Actus Supernaturales Fidei Divinae Virtualis  
 vel dubitare, an ipsi Actus revera omnino or-  
 bati sint Actuali attentione ad Dei revelantis  
 infallibilem Auctoritatem: vel denique sibi per-  
 suadere eisdem Actus non illuminare posse ad  
 Supernaturaliter concipiendos ut oportet, nostrum  
 Actus Justificativos, tum eo, quo reputare va-  
 lent equum, & asinum veros homines; vel dubi-  
 tare, an ipsi equus, & asinus revera proflus  
 orbati sint Rationali hominis Formali Constituti-  
 vo: vel denique quo sibi persuadeant eas bes-  
 tias ratiocinari posse ut hominum prudentissimi.  
 Quare sicut est quid chimericum homo in esse  
 suo physico adequato sine anima rationali, vel  
 in metaphysico sine Rationali, ita etiam est  
 quid chimericum *Actus Fidei Divinae Super-*  
*naturalis Formalis*, vel *Virtualis sine Actuali*  
*attentione ad Dei revelantis Infallibilem Au-*  
*thoritatem*.

III. Cum ejusmodi Absentia ad talem Aucto-  
 ritatem, ac Formale Fidei divinae Motivum, &  
 quidem non circumque sed ut per Cat. Ecclesiam  
 columnam, & firmamentum veritatis, ideoque  
 sane intelligentem, nobis propositum, fit Essen-  
 tiale Formale Specificativum Fidei divinae Super-  
 naturalis Constitutum. Ut cum aliis T. I. 1.  
 2. q. 5. ar. 3. docet Angelicus dicens: *For-*  
*male obiectum Fidei est veritas Prima, quae*  
*dum quod manifestatur in Scripseris Sacris, &*  
*doctrina Ecclesiae, quae procedit ex veritate*  
*Prima. Unde quicumque non inhaeret sicut in-*  
*fallibili, & divinae regule doctrinae Ecclesiae,*  
*quae procedit ex veritate Prima in Scripseris*  
*Sacris manifestata, ille non habet Habitu (ad-*  
*stant, & multo minus ejus Actum ut oportet)*  
*Fidei, sed ea quae sunt Fidei alio modo con-*  
*quam per Fidem: sicut si aliquis tenet men-*  
*te aliquam Conclusionem, non cognoscens Me-*  
*dium illius demonstrationis, manifestum est*  
 quod non habet ejus scientiam, sed opinionem







prædicit, nec Fide divina *Acquisita* debatis inclusa, sufficiens sit ad r. eorumdem Justificationem, taliter, ut ad hanc non prærequiratur *Formalis Explicitus Actus Fidei Supernaturalis* (quod est hæreticum). 2. Quod si in nobis præstare possunt effectus Formales Fidei, & Spei Supernaturalium, consequenterque illas suppleri, sequitur, quod etiam Actus Charitatis *Execrtae*, & *Implicitæ* in Actibus aliarum Virtutum atque in observatione divinarum præceptorum inclusi iuxta illud Joan. 14. *Qui habet mandata mea & observat ea, ille est qui diligit me*, possit in nobis præstare effectum Formalem Specificum perfectæ Charitatis, illamque suppleri, ac proinde vix inveniri posse Catholicum, Schismaticum, & Hæreticum ut in male morati, qui in consortio omnium scelerum in simul just, deoque chari non sint. Siquidem ex eis est qui quotidie non evitet transgressionem alicujus divini mandati, & ulterius aliqua Pietatis („ sine quibus, ut l. de Spiritu &c. c. 27. ait Augustinus, *difficillime vita cujuslibet peccatorum hominis invenitur* „) opera non exerceat.

V. Et quidem III. Si prædicti Actus Fidei, Spei, & Charitatis *Execrtae* & *Implicitæ* in Actibus aliarum Virtutum inclusi certo sunt Actus Fidei, Spei, & Charitatis Supernaturales, ut oportet, in quibus profecto maxime consistit vera sanctitas, tales quidem erunt in Venerabilibus Servis Dei, quorum vita fuit frequens omnium Virtutum in gradu heroico exercitium, & maxime si eam clausit mors in odium Fidei, ut est evidens. At ex hoc sequitur, vel quod magnam injuriam facit C. Ecclesia ipsi Dei Servis, dum potest definitionem Virtutum & maxime Fidei, Spei, & Charitatis in gradu heroico in *Casu* & ad effectum, eisdem non nisi expectatis miraculis indubitat in BB. vel SS. album (r) referit. Vel quod ipsa Ecclesia vel in ipsis pissimis Fidelibus non admittat tot præsentis indubitates Fidei, Spei, & Charitatis *Execrtae*, & *Implicitæ* Supernaturales, ut oportet, ut præterdictas Adversarij, aut saltem quod eisdem non reputet sufficientes ad supplendum, immo vero neque ad certo ex eisdem inferendum adfuisse Formales *Actuales*, vel saltem Habituales Fidei, Spem, & Charitatem.

VI. Cum optime sciat, quod omnia pia opera quæ Adversarij nimis liberaliter vendunt, ut certo Supernaturalis facile in multis Catholicis

possent esse in se mere Naturalia, & unice preventitia ex Fide *Acquisita*, ut patet in multis Schismaticis, & Hæreticis excentibus multa pia opera, quæ ex Fide divina *Infusa* procedere possunt. Cum certum sit, uti in de Gratia cit. l. 2. c. 15. n. 1. ait P. Suarez, „ Quod omnes qui habent notitiam aliquam, & credituriam aliquorum Supernaturalium Mysteriorum nostræ Fidei ad Deum pertinentium, quamvis *Car. & Infusam Fidem non habeant*, possunt aliquo modo diligere Deum ita sibi propositum v. g. Trium, & talium, & glorificatorem hominum, ut notum est in Hæreticis (adde & a fortiori in Schismaticis omnia credentibus), & ex parte in Judæis, quatenus aliqua Supernaturalis credunt. At illi sicut non credunt Fide Supernaturali, ita non diligunt Amore Supernaturali, seu Charitatis neque perfectæ, neque imperfectæ, sine hoc sit, quia ex natura sua Amor Charitatis necessario supponat Fidem *Infusam*, sive quia saltem ex lege Dei ordinaria nemini datur auxilium Supernaturale ad amandum, nisi prius credat, sit oportet, quæ amanda sunt, ut significavit Tridentinum sess. 6. c. 6.

VII. Unde nimis perperam ac perniciose supponunt Adversarij tanquam certum, quod omnes Catholicæ habeant prædictam Fidem *Execrtae* & *Implicitæ* Infusam. Cum, licet certum sit, casu quod ea revera aliquid sit, aliquos ex eisdem eam habere (non enim potest Ecclesia Dei decedere), nullus tamen quamvis retrograda conatus fuerit aliquoties credere, in particulari citra divinam revelationem eamdem habere, vel unquam habuisse certus omnino esse potest, ut merito supponunt TT. & cum ipsis docent nobiles DD. PP. Greg. de Valentia l. 3. d. 1. q. 6. dicens „ Est quidem certum ex Fide, quod *non aliam semper in Ecclesia, qui habent Fidem Catholicam*, ad quam adeit necessarium quoddam auxilium Supernaturale, quia Ecclesia non potest deficere, sed nemini ex Fide certum est, quod *ipse in particulari habeat ejusmodi Fidem* „; Vitus Piehler Th. Dogm. t. p. Controv. Fundam. c. 1. ar. 3. n. 16. inquit, „ Quamvis de singulis non sit certum, an habeant eandem Fidem internam, quam profitentur exterius, de tota tamen collectione certum est, quod in his saltem aliqui habeant etiam veram Fidem internam (ut oportet), ne pereat tota Ecclesia, quam perire non posse supra ostendimus „. Verumtamen agendum demus

tene, & nullatenus dubites non solum omnes Paganos, sed etiam omnes Judæos, Hæreticos, atque Schismaticos, qui extra Ecclesiam præsentem inveniunt vitam in ignem æternum ituros „. Et tandem quia qui Ecclesiam non audit, eisdemque obtemperat, *si vult fieri Ethnicus, & Paganus*. Unde Concilium Eboracense ait „ Sacrosancti R. Ecclesiam tenet credit, nullus extra Catholicam exeat nec Paganus, nec Judæus, nec Hæreticus, nec Schismaticus æternæ vitæ fieri posse participes, sed in ignem æternum ituros „.

(r) „ Ex his monumentis patet nunquam fuisse a Sede Apost. Formaliter beatificatos, aut Canonizatos Martyres, nisi accedentibus *Miraculis* „. De his autem (veri Martyrij requisitis) ut scilicet fiat, non immerito miracula existit Ecclesia; sicut ergo licet probata factis sit virtus Sanctitatis, miracula tamen adhuc requirit „. Ita Benedictus XIV. in c. 30. p. totius Operis de Beatific. &c. l. 1. c. 1. n. 9.

demus Adversariis, quod ipsi, omnesque alii Fideles certo habeant prædictas Fidem, & Spem *Execrtae*, & *Implicitæ*. Quid inde, quæto, extendere sapientissimi homines ad intentum? Sane nihil.

VIII. Cum semper sit hoc nostrum includendum argumentum. Non minus, scilicet, indigent nostre Potentæ mens, & voluntas ad productionem Supernaturalium Actuum Spei, Charitatis, & Contritionis Actus Supernaturali Fidei rigore tali, quam indigent Actus Gratia Excitantis rigore tali; præterea non minus est præteritus Actus Gratia Excitantis heri habitus *Execrtae* & *Implicitæ* & *Virtualis* in Actibus aliarum Virtutum gratia ipsius influxu exercitatarum inclusus, quam in eisdem Actibus Spei, Charitatis & Contritionis *Execrtae* ac *Implicitæ* & *Virtualis*, & inclusus fit præteritus Fidei Actus heri similiter a nobis elicitus. Aliter adferatur disparitas. Atqui ejusmodi Actus Gratia Excitantis *Execrtae* & *Implicitæ* inclusus, vel non perseverat proprie *Virtualis* ad hodiernam diem; vel si aequaliter talis perseverat, non est ita sufficiens ad apte illuminandas nostras Potentias ad productionem hodiernæ Actus v. g. Contritionis, ut ad eam non requiratur hodie nova illustratio, seu novus Formalis Explicitus Actus Gratia Excitantis, ut invide demonstravimus. Ergo similiter ejusmodi Actus Fidei *Execrtae* & *Implicitæ*, vel non perseverat proprie *Virtualis* ad hodiernam diem; vel si aequaliter talis perseverat non est ita sufficiens ad apte illuminandas per respectum ad Fidem eisdem Potentias ad Supernaturalem productionem ejusmodi Actus Contritionis taliter, ut ad ipsam non requiratur nova Fides, seu novus Actus Formalis Explicitus Fidei Supernaturalis hodie elicitus. Tandem sicut non sufficit Gratia Excitantis *Virtualiter* *Execrtae* vel *Implicitæ* in Actu Contritionis ad sui ipsius productionem, ita neque sufficit ad productionem ejusdem Actus Contritionis ad productionem ejusdem Actus Contritionis *Implicitæ*, & in comet Actu Contritionis inclusa.

I. Un.

IX. Ast quid tandem est? Et in quo consistit hæc adeo decantata Fides *Virtualis* *Execrtae* ac *Implicitæ*, quam adeo sonore crepant Adversarij nostri? Estne aliqua firmissima Supernaturalis adheio, ut oportet, ad summam Dei Amabilitatem, Fidelitatem &c. propter Infallibilem ipsius Dei autoritatem? Minime gentium. Quid ergo est in se? „ Est (reponunt Adversarij) Actus Contritionis, Charitatis, vel est efformatio signi. S. Crucis &c. dum hæc supponuntur effectus alius præteriti Actus Fidei, vel facta ex præhabita notitia Dei aliquo modo proveniente ex Fide. Nam si Fideles non crederent Fide Supernaturali, & ut oportet, hæc non efficerent; ergo si hæc efficiunt, credunt Fide Supernaturali & ut oportet. „ At, & si admittat teret quod præteriti illi Actus Contritionis, & Charitatis, vel quod Crucis efformatio v. g. pro-

cederent a Fide Supernaturali, ut oportet (cum procedere possint a quacunque alia notitia Dei, & Passioni Christi, vel ab aliqua Fide Naturali *Acquisita*) negamus tamen, quod ejusmodi Actus per id quod calculetur ab Actu Formali Supernaturali Fidei, sint Actus *Virtualis* Fidei *Execrtae*, & *Implicitæ*, vel eo inclusi, vel quod aliqua ratione participant Constitutum Fidei. Cum evidens sit, quod præcisa ratio effectus nullo modo importet *Implicitum* vel *Execrtae* *Virtualitatem* sua causa *acquisita*, vel participationem prædicatorem eandem causam constituentium.

X. Nisi velit Adversarij, quod alius v. g. qui non solum est effectus Divinæ Omnipotentis, sed etiam Solis (juxta illud Aristotelis: *Sed cum homine hominem, cum cane canem &c. generas*) sit non solum Sol *Virtualis* *Execrtae* & *Implicitæ*, sed etiam sit divina Omnipotentia *Virtualis* *Execrtae* ac *Implicitæ*, atque in se includens, & participans divinitatis prædicata. Cum existeret non potuisset sine Omnipotentis præhabita Fide Amplius. Si quidquid sit vel ex præhabita Fide divina, vel ex notitia Dei utcumque ex Fide etiam Supernaturali *Virtualis* præmanente est Fides divina Supernaturalis *Virtualis* *Execrtae* ac *Implicitæ* in eo inclusa, ac proinde si Catholicus, vel A Catholicus dicens: *Amo Deum &c. v. g.* in eo Actus elicit Supernaturalem Fidei divinæ Actum ad minus *Virtualem* ac *Implicitum*, eundem Supernaturalem Fidei divinæ *Virtualitatem* Actum aequo elicit in eo alio Actu, quod dicit: *Odi Deum*. Item si qui veniens dicit: *Benedictus Deus*, vel *vivat Deus*, vel *Verbum Caro factum est*, ipso facto elicit verum Fidei Supernaturalis Actum *Implicitum* & *Virtualitatem*, eundem Fidei Supernaturalis Actum (cum nulla sit disparitas) elicit etiam ille alius, qui horrende blasphemus dicit: *Maledictus Deus*, vel *Pereat Deus*, vel ex ira in cum dicit: *Corpus Dei*. Maximeque exit per se altissimus Actus Fidei, & Spei Supernaturalis *Virtualis* *Execrtae* & *Implicitæ*, quibus ipsi potest disponatur ad Supernaturalem Contritionem ejusmodi sceleris, aditorem illorum Fidelium, qui nisi crederent, & sperarent se paulo post obtenturos esse a Deo veniam eum, non auderent illud committere. Proh nimium felices homines! Quibus non minus sunt Actus Fidei Supernaturalis saltem *Virtualis* *Execrtae*, ac *Implicitæ* ad salutem sufficientes Actus Virtutum, quam Actus virtutum etiam omnium omniumque. Cum hæc eadem admitti non possint nisi ab illis, qui Deum existentem sciant, & credant.

XI. Sicut ergo falsum est dicere, quod blasphemia, odium Dei, & similia ex eo, quod non possint admitti, sine committit nisi ab eo, qui credit Deum esse, sint veri Actus Supernaturalis Fidei divinæ *Virtualis* *Implicitæ* & *Execrtae*, quibus cum homo se ad concipiendam Contritionem disponere possit, ita falsum est dicere, quod Amor Dei, Contritio, vel Crucis efformatio ex eo, quod effici non possint, nisi ab eo,



qui aliquo modo credit Deum esse, & Christum in Cruce passum esse, tales sunt. Et sicut absurdum est dicere, quod alius per id quod fit & quidem rigorose effectus divinitatis, sine qua esset omnino impossibilis, sit Deus *Virtualis Exercitii ac Impliciti*, seu quod aliquo modo participet ullam rationem predicatorum divinitatem ipsam constituentium; ita etiam absurdum est dicere, quod Contritionis, vel Spei Actus per id quod fit effectus Actus prateriti Fidei, vel Spei, sine quibus *Supernaturales*, esse non possent, sint in se Actus Fidei, & Spei *Viruales Exercitii ac Impliciti*, seu quod aliquo modo participet ullam rationem predicatorum Fidem Supernaturalem vel Spem constituentium. Ex quibus plane evincitur, quod presentia Fides *Virtualis Exercitii ac Impliciti* fit vox ad illudendum incautis aptissima, & preterea nihil. Et revera nulla alia fit Fides *Implicita*, nisi illa, de qua in Dissert. 1. cap. 1. num. 1. videmus, ad Justificationem omnino insufficientem fit. Tandem ex vitiorum ac seclerum inundatione, quam seum in orbem innoxit ejusmodi presentia Fides *Virtualis Exercitii ac Impliciti* (hoc est nulla ac vere *Actualis Fidei Privatio*), & communis persuasio de ejus sufficientia, nimis clare probari possit illusorietate, ac inanitas. Cum hodie maxime verificari videatur illud Osee 5. *Malitiam & mendacium, & homicidium, & fornicium, & adulterium inundaverunt.* Et illud Psal. 23. *Omnes declinaverunt simul in vias facti sunt: non est qui faciat bonum, non est usque ad unum.*

XII. Concludamus ergo, quod quavis Virtutum Exercitia quatenus revera ea procedant a Fide divina *Supernaturali Explicita, ut oportet*, saltem adhuc conservata ratione protestandi, ac profitendi propriam Fidem, fovendique Spem, & Charitatem, hoc tamen quod est pretendere quod omnia, aut fere omnia Actus *cunscumque* Virtutis ut exercitiae, indubie fit Actus *Exercitii ac Impliciti Virtualis Fidei, & Spei Supernaturalis, ut oportet*, proindeque ad nostram Justificationem respectiva sufficientem, est adsterio nimis erroneo, periculoso, & ridiculo, & viro Theologo profusus indigna: sicut etiam maxime periculoso, & erroneum est putare cum Popello quod *Apprehensio, & Conceptio verum credendarum*, quod omnis simplex *Recordatio, & Cogitatio* de Deo, de calo, vel infirmo cum aliqui adhesionem, *ut sic*, & quasi in abstracto, aut quod simplex Professio, seu non negatio divinarum Mysteriorum presentem ab omni Adtentione ad Formale Motivum divinum Fidei, fit illa certo *Supernaturaliter credere, ut oportet ad salutem*. Unda horum duorum uterque est error perniciosissimus tum tenere salutem eternam a Catholico obtineri posse per Fidem, & Spem *Exercitii ac Impliciti* in operibus vite preterite Christiane ceteroquin orbate Fide, ac Spei *Actum Formalium Exercitiorum, ut oportet*.

tum ab opposito potare ipsam salutem ab eodem obtineri posse per Fidem, & Spem *Formales Exercitii ac Impliciti*, ut oportet, orbate Fide, & Spei *Exercitii ac Impliciti* in reliquis vitis Christianisme operibus, ac mandatorum Dei executione. Discrimen tamen quod inest inter duos Catholicos, quorum unus habens Fidem, & Spem *Exercitii ac Impliciti* in operibus vite putative Christiane non habet Fidem, & Spem *Formales Actualis, ut oportet*, & alius qui e contra habens ejusmodi Fidem, & Spem, non habet tamen Fidem, & Spem *Viruales Exercitii ac Impliciti* in piis Operibus vite Christiane inclinis, illud est, quod primus in suis Fide, & Spei *Exercitii ac Impliciti* inclusis in ipsis Operibus non habet adhuc saltem Primum Principium sue Salutis, cum secundus in suis Fide, & Spei *Actualibus Formalibus Explicitis, & Infirmis Supernaturalibus, ut oportet*, habeat iam *Infirmum, Fundamentum, & Radicem sua Justificationis*; ac nihil amplius.

C A P U T I V.

Quod non solum non est sufficienti ad intentionem praeclarae fidei Virtualis Exercitii ac Impliciti, & in praedictis illis alii Actibus Cognoscitivis consistens, sed nec semper ad id sufficienti est vel ipsa Formalis Actualis Explicita cum Actuali Adtentione ad divinam Auctoritatem.

I. Non quod sufficientem fit ad nostras Spem, Charitatem, & Contritionem virtus Formalis Supernaturalis Explicita Actus Fidei divinae, ut oportet, eorum Mysteriorum ad huc concipiendis immediatus concurrentium immediate antea elicitus, sed quia, ut iam cum D. Eximio innumis, non semper ac conamur ad credendum, sperandum, aut Deum amandum etiam adhibita Actuali Adtentione ad Formalia Motiva horum Actuum revera pertingimus ad concipiendum eisdem hos nobilissimos Actus *Supernaturaliter, ut oportet, ad salutem*. Hinc est, addit hic Insignis Theologus de Gratia par. 3. l. 9. cap. 22. num. 9. & seqq. quod non solum non possimus evidentem, sed neque certitudinem Theologica scire, an saltem tunc credamus, *ut oportet*. Nemo, inquit, potest evidentem scire se credere Mysteria Fidei *sicut ad salutem oportet*, quia nullus Fidelis credens potest evidentem scire suam Fidem esse (quod modum credendi) aut Divinam, aut Infirmam; ergo neque quod fit *sicut oportet*. Consequenter sunt evidentes, quia credere *sicut oportet*, non fit nisi Divina, & Infirmis, nec potest esse Divina, & Infirmis, nisi fit vera &c. At vero experientia non evidenter ostendit illam esse *sicut oportet*, sed tantum esse Fidem quo ad genus &c. ergo per illam experientiam non cognoscit Fidelis evidentem se credere per *Actum Supernaturalem Fidei Infirmis* &c. Quia *Supernaturalis Fidei* prater Gratiae concursum ex eo provenit, quod Fidelis credit solo Testimonio Dei, ut ratione credentis & Formali Motivo, & rationibus, & Moti-

vis

vis credibilitatis humanis solum utitur, ut applicandus Dei Testimonium, & credibilitatem ejus ostendendum; ac vero sola experientia credentibus non ostendit evidentem talem modum esse, *ut oportet*, ergo &c. Nullus Fidelis scire, aut judicare potest absoluta scientia, seu certitudine Theologica se credere, *sicut oportet*, seu quod idem est se credere per *Actum Supernaturalem* & qui in solo Dei Testimonio (adeo verum est quod implicit contradictionem vera Fides Supernaturalis sine Actuali Adtentione ad Infallibilem Dei revelantis Auctoritatem) *per se nitatur*.

II. Et, addit Suarez, potest hoc confirmari, quia quo ad hoc videtur esse eadem ratio de Actu Fidei, & Amoris; sed de Actu Amoris Dei non potest per experientiam evidentem cognosci, an fit *Supernaturalis, vel ex gratis, propter se ipsum*, & ideo non potest certitudinem Theologica cognosci, quod fit talis, qualis ex parte intellectus ad Justificationem est necessarius &c. Quare tenso, quod sicut de nostro Amore Dei non possimus Theologica certitudinem assequi, quod fit Charitatis *Infirmis*, ita neque de nostro credere possimus simili certitudine, quod fit *Infirmis Fidei, cognoscere*. Ejusmodi Incertitudinis urgentissimas rationes innotuit iste 6. in de Deo tr. 2. lib. 2. de Praedest. cap. 8. n. 5. & 7. dicens, „Actus Fidei, & Theologialis Virtutum sunt *Supernaturales* per suam propriam, & essentiali entitatem. Et ratio omnium horum est, quia Formale Motiva, in quibus hi Actus nituntur, *superant ordinem Naturae, & vires libere arbitrii*. Inferunt gratiam requiri ad hos Actus, ut Principium *per se*, & *physicum illorum*, in quo est magna differentia inter hos Actus, & Naturales. Nam ad *Naturales* gratia solum adjuvat moraliter illuminando Intellectum, & excitando affectum, & tollendo impedimentum; ad hos autem Actus magis adiutorium necessarium est &c. Quia ad Actus *Naturales* habent Potentiae efficientes vires *physicas*, ad hos autem *minime*; & ideo indigent superiori principio elevante illas, & dante vires, ad eis efficiendis etiam *per se, & physice*. Unde necesse est, ut ad hos Actus Deus *per se* concurrat, non tantum Primam Causam agens per concursum generalem, sed etiam ut Causa *Partialis, & Principalis* vel immediate, vel saltem infundendo aliquod Principium proximum, & *physicum* talium Actuum simul cum Intellectu, & Voluntate. Per hoc autem non excluditur concursus etiam Dei, ut Prime Cause. Ordinis etiam *Supernaturalis*, quia hic semper est necessarius propter essentiali dependentiam omnis entitatis create a Deo. Denique non etiam excluduntur Morales concursus gratiae per illuminationem, & inspirationem *Supernaturalis* & Ordinis, nam hic modus adiutorii Gratiae est ut definitum Concilia, & fundatur etiam in *Supernaturali* substantia talium Actuum, quia non potest Intellectus, & Voluntas ad illos conari nisi per hujusmodi auxilia divina excitetur, ut

tradunt Concilia, praesertim Tridentinum sess. 6. cap. 3. &c. Et non licet cum Gratia auxilio fieri, non sine magna difficultate sepiissime sunt.

III. Quam fundata autem t. 3. d. 2. cap. 1. num. 23. & 24. P. Ulloa confirmet ejusmodi difficultatem collineandi, atque attingendi scopum in efficiendis Actibus, quos Adversarii elici putant nullo negotio, & summa securitate, & perfectissimo ab illis ipsis, qui nullam curam, conatumve ponunt, aut Adtentionem ad illorum Motiva in eis efficiendis adhibent, patet ex seq. doctrina hujus praecleari Doctoris. „Sequitur, ait, Fidei, Spei, & Charitatis Actus trifariam possunt esse perfecti. 1. Perfectione *Objecti Formalis*, quatenus habeant pro *obieto Formali* id, quod revera est *Obiectum Formale Motivum* illius (in primis his perfectionibus caret omnis praedicti Adversariorum Actus *Virtualis Fidei, & Spei*). 2. Perfectione *Motionis*, quatenus proxime plane ac totaliter moveatur ex illo. 3. Perfectione *Universalitatis*, quatenus signate, vel exercite ob suam ardorem, efficaciamque appetitativam repellat omne graviter oppositum ei *Obiecto* &c. Ceterum illa duae Species perfectionis, nimirum *Objecti Formalis, & Motionis* ex illo per se praecise non sufficiunt, ut Actus Charitatis fit universaliter defectu omnium lethalium, neque ut Assensus Fidei Theologicae fit universaliter assensus omnium Articulorum, & peccator in sensu composito suo peccati potest habere Actum perfecte Charitatis perfectione solius *Motionis, & Motus* ex illo (quare, perit insignis Theologus, ne blanditur quis sibi de statu Gratiae ex eo, quod sibi videatur diligere Deum pure, & praecise propter ipsius absolutam Bonitatem, si non diligit cum super omnia universalitate signata, vel exercite. Haec enim est perfectio illa, de qua Tridentinum loquitur, nempe quae signate, vel exercite excludit omnem voluntatem graviter peccaminosam; non vero illa altera perfectio praeclearis, tepida, & imperfecta; similiter Haereticus potest in sensu composito haereticus esse credere Articulis Fidei Theologicae perfectione solius *Motivi, & Motionis* ex illo: quorum rationem sepe dedi.

IV. „Nimirum, addit, ad hujusmodi Actus non concurrere solum *Obiectum Formale*, & de hoc identidem monendi sunt Adversarii, sed multa alia (notent etiam hae serio Adversarii) ut contingit in causis physice efficientibus respectu suorum effectuum: at praesente, & possente eodem penitus *Obiecto Formali* proximo concepti Actus dispersi, & oppositi &c. effectus, de quibus est sermo, sunt effectus liberi, ut constat; ergo licet perfecta foret aequalitas, immo & identitas *Objecti Formalis*, omniumque circumstantiarum poterat homines prudenter quidem credere illi quo ad unam Actum Intellectus, & Voluntatis, & imprudenter restitire eidem quo ad alium. At ne T. T. textibus Lectorem obtruncemus, adducamus praeterea tantum sequentia verba Ven. ac Sapientissimi Card. Bellarmini *Controv. de Justitia*, lib. 2. cap. 20. agentis „Certum

D 2